



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.7. Miserunt Principes. Retorquent ipsi contra Deum ipsa arma, quæ Deus eorum tradiderat manibus. Graue facinus illorum, & multorum etiam Christianorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

tempore egrediebatur de Aegypto filij Israel, & per desertam ad terram tendebant promissionis Deo seruituri ac sacrificaturi: & cum officium esset Amalec viam populo Dei sternere. Iamque illique praestare subsidium, vt ab omni transiret liber periculo & impedimento, ratione tam propinqua cognationis: e contra ipse viam oclussit, ipse armatus occurrit, ipse populum a iustis suis sanctisque studuit itineribus auertere. Quid hoc? Tunc, qui populo meo defensor esse debeueras, & protector in iis quae mandat illi Deus facienda, & quo illum ducit, tunc qui saluum ei conductum largiri debeueras, & in oscula pacis suscipere, reipsum armatus opponas, tu ruina eius quaras aduersarius, tu lapis illis sis offensionis? Mane: alta mente repositum: non inultu transibit. Quod iudex, cuius muneris est viam sternere, qua prodeat iustitia, suumque prosequatur iter, ipse eam impedit? Quod tu pater, tu mater quorum interest filios tuos dirigere, restranare, si quando iuuenili feruente ardore frona laxant petulantiae, vos ipsi filios tradatis feruos iniquitatis: Quis ferat? Tu cuius est te ipsi opponere, qui vindicta flagrans tuas sectatur passiones; tu inquam pacis illi foedera intempas, tu illi dissuadeas? Quantum hoc etimen? Tales sunt hi Pontifices, tales sunt hi Pharisaei, talesque Principes.

§. 7. Miserunt Principes. Retorquent ipsi contra Deum ipsa arma, quae Deus eorum tradiderat manibus. Graue facinus illorum, & multorum etiam Christianorum.

16 **M**iserunt Principes & Pharisaei ministros vt apprehenderent Iesum. Conuocari iubent licitores audaciores, & ministros proteliores, vt praepararet ipsi catenas, compedes, vincula, manicas, quibus Christum vinciant, & caute deducant trahantque captiuum. Nouerant quod Nazareus elapsus fuisset e manibus, & verentur, ne pariter eorum effugiat manus, unde praecipunt vt instructi rebus omnibus factum aggreddiantur. O perduelles: illam etenim potestatem, quam a Deo acceperunt in ipsum retorquent Deum: & vitibus ab eo receptis bellum inferunt illi crudelissimum. Verba sunt miranda, & iusta querimonia, qua Deus per vate Osea contra illos expostulat: *Ego confortavi brachia tua & ipsi conuenerunt in me malitia.* q. d. Ego brachia illis roboravi, ego vires ministravi quibus illa mouent, & hinc tantam mihi moluntur iniquitatem.

Pro more habent Reges Aragoniae Caesar Augustam ingreffi regni illius Metropolim, ante Mos Re se ducere nobilem quendam dicitur. Hispanis gumara Comarleno, cui Rex iniunxit officium vt cum gonia. praecedat nudum praefrens oblongum baculu regalis signum iustitiae: ad Regem etenim spectat facere iustitiam & iudicium vt ait Apostolus: *Dei enim minister est tibi in bonum: si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat: Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit.* Vt autem cum honore & auctoritate tali officio virgae fungatur, annuos illi assignat redditus particulares, & eximiam eum auctoritate dignitatem. Quod si minister hic omissis seduciosis nebulonibus & Regis inimicis, ipsam virgam contra ipsum Regem retorqueret, illaque eum percuteret. O sae disragum! ille est qui tibi brachia ad virgae portationem roborauit, quatenus illi per eam famulareris, & eadem ipsa vteris vt ipsi bellum inferas, eumque sic atrociter offendas? De hoc grauer Deus conueritur: *Ego confortavi brachia eorum.* Nota illud pronomen *Ego*. Quis est, qui iudicibus tribuit potestatem? Quis eos gladio praecinxit? Quis illis mandandi, vetandi & ius concessit disponendi? Quis reliquos eorum obtrinxit subiectioni? Respondeat Apostolus: *Non est potestas, nisi a Deo: & hinc concludit: Qui potestati resistit, Dei ordinati resistit.*

Hoc eleganter dixerat Spiritus S. *Audite Reges & intelligite, diserte iudicet finium terra.* Prae- Sap. 6. 1. bete aures vos, qui continetis multitudines, & plabe II. zetes vobis in turbis nationum: quoniam data est a Omnis potestas a Deo. Domino potestas vobis & virtus ab Altissimo. Audite me Reges & intelligite Iudices: qui solo verbo vestro percellitis mundum, & populos fraenis quibusdam continetis: vos ab omnibus tanto dignati honore, tanto deducti comitatu: vos quos mundus ceteris praefert, plusque facit: vos cui locus ceditur eminentior, quibus & maxime nobilis, maxime diues, maxime praepotens pileum tollit transeuntibus, & profunda veretur reuerentia, an mente vel semel renouistis, quis vobis hanc dedit super alios potestatem? Certum est, ex ventre matris vestrae non illum in mundum aduexistis. Si dixeris: Rex nobis hanc concessit, dicite: quis & ipsi illam tribuit? A Deo vestra dimanat potestas, & qui in sella residet iudex in sua plenaria audire debet potestate: *Non haberes potestatem aduersum me vlla, nisi tibi datum esset a superior.* D. Bern. hae verba Ion. 19. 11 & in se experiebatur quod post per Apostolus clamanis

manit in Ecclesijs: Non est potestas nisi à Deo, & qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.

Quam egregie hoc Daniel suspensissimo protestatus est Regi Nabuchodonosor, quando declarans illi visionem arboris, quam somnians viderat, sic ait: quia non cognovisti Deum esse, qui tibi potestatem tribuit & imperium, teque in eo conferavit: regno extorris eiecisti, & velut belluæ ferociori vngues tibi accrescent, & pili, in campis sub dio moraberis, donec perpendas & hanc fatearis veritatem: tunc demum regno tuo restitueris: Cum cognoveris potestatem esse caelestem. O si Deus hoc agere deberet cum Regibus, Principibus, Dominis & Iudicibus: qui hanc quam hoc revolvunt: regnum, potestatem, dignitatem, locum & preminentiam à Deo sibi concessa ut per ea Domino dignè serviant: In vindictam mali factorum, laudem vero bonorum; utque omnes hi, remò famulentur Domino, Deo scilicet: Ad hoc potestas super omnes homines Principibus data est sic scribit D. Greg. Maurio Imp.

te nos docet Apost. cum enim dixisset: Non est potestas nisi à Deo: concludens sic addit: Qui resistit est tibi in bonum.

Perpendo verbum hoc In bonum: Ad hoc suos eligit Deus ministros; tibi in bonum & osequium: In bonum, Quamnam igitur esse potest gravior iniquitas, quam hanc à Deo acceptam potestatem & gladium sibi in manus trahent audacitatis, in ipsum retorquerè Deum? Hæc est Principum & iudicum Hierusalem non toleranda peruersitas. D. Aug. opinatur atrocissimum hoc fuisse Iudæorum scelus contra Dominum, quod tanis ab eo acceptis beneficijs ingrati, tantis illi responderint scelestis & iniurijs inhumanis. Hic oppositè ponderat in persona Christi illa Davidis verba: Qui oderunt me iniquè: qui retribuunt mihi mala pro bonis. Notat autem præfatus Doctor duos esse gradus nequitiarum in ijs qui beneficia recipiunt. Primus est non gratum esse saltem cum recognitione recipere. Grave est hoc crimen: quod etiam divinae misericordie fontes adeo profusos (ait D. Bern. 8.) arefaciat. Ad rem expendit Rupert. b. hanc fuisse causam ex qua Deus, cum tanta contulisset primævis nostris parentibus in paradiso beneficia, tot illos gratijs cumulasset, manum sustulerit, eosq; miserandum in modum cadere permisit, ut bonorum omnium inlecturam paterentur: quia si rem penitus insipientes (inquit Rupert.) non invenies, nec quando se viderunt à Deo creatos, divina illius manu benedictos, domino creaturarum dotatos, quod vel unus vel aliter verbum dixerit gratiarum actionis nec unam protulerint rationem, quæ de monstrarent quantum Deo essent devincti.

Angelus qui docebat Esdram eorum admiratum numerum, qui peccabant, illi dixit, non est quod miretis, cum tibi nosse sufficiat, Deo fuisse ingratos; Ingrati fuerunt ei, qui præparavi eis vitam. D. verò Paulus ut gravissimorum peccatorum extolleret iniquitates, quos ultima mundi videbit dies, hoc de illis scribit; Ingrati, sceliferi erunt. Vitium hoc adeo grave est, ut totum impleat mundum querimonijs. Porro licet hoc ita sit inquit D. August. non hoc tamen est gravissimum flagitium, quo quis suum possit offendere benefactorem. Sed multo gravis est, quando ne dum non respondet obsequijs, sed turpioribus illum offendit, irritatq; criminibus, retribuens mala pro bonis; hoc edium illud est iniquum, de quo David tantopere querebatur: Oderunt me iniquè; Retribuebant mihi mala pro bonis. Rependere beneficia calumnijs, honores contemptu,

IV. Duo sunt gradus in gratitudinis. a Ser. 21m Cant. b Lib. 2. in Gen. c. 39. Tom. 1. V. Adam & Eux in gratitudo

K k k

13 4. in Luc. in 11. lib. D. xii illum diaboli in mente excelsion & c To. 3. 17. 17. 17.

Ps. 37. 20.

IV. Duo sunt gradus in gratitudinis. a Ser. 21m Cant. b Lib. 2. in Gen. c. 39. Tom. 1. V. Adam & Eux in gratitudo

4. Esd. 2. 60.

1. Tim. 3. 2

Dan. 4. 23. III. Cur data sit Principibus potestas.

D. Greg. Lib. 26. c. 100. Ep. 6. ad Maur. tit. Aug.

1. Mach. 15. 16.

Exo. 32. 19

Quam apta iustitiae definitio: Gladius sanctus. Sanctum est gladio obruncare homicidam, suspendete & caedere fures, pacis perturbatorem in exilium eiecere. Quando iudex hæc peregerit, attendat sibi à Moyse dictam, quod illis qui viginti tria millia idololatrarum occiderunt: Confecistis manus vestras hodie Domino. Et si desideres scire quis manibus tuis gladium tradiderit, Deus est, qui te illo dignatus est honorare: Munus à Deo. O quantum beneficium tibi, quod te Principem pos. erit tibi, quod te Rectorem statuerit tibi, quod te gubernatorem præfecerit tibi, quod te Auditorem, iudicemque creaverit. Et hoc in quem finem? Ut hostes Dei dejicias? In quo dejicias adversarios. Quæ credis, intentione te Deus iudicem, & Principem exaltavit? Ad quid gladium hunc tibi tradidit & potestatem? Ut per hunc persequaris concubinarum, sceneratorem coerceras, fures sustiges, Republicæ procul expellas perturbatores, viduam defendas, pupillo subuenias, & à potestate oppressum proregas, tandem ut per omnia divino propiciis honori. Hoc est inquit D. Ambros. quod aperit Hieron. Bap. de Lucea, Tom. III.

incunda & placentia molestijs & vexationibus. Hoc Dicit D. August. *Magnum malum.* Teque hortatur ut a talibus tibi caueas. Et tale iudicium peccatum commiserunt: *Tales fuerunt Iudæi. Venit ad illis Christus cum bonis: reddiderunt illi mala pro bonis.* Nihil aliud intendebat, quam illis benefacere, eorum docere ignorantiam, illuminare cæcitate[m], curare infirmitates, resuscitare mortuos illi verò nihil aliud intenderunt & conati sunt, quam illum contumelijs afficere, persequi, calumniari, & occidere. Nemo criminis huius potest inficiari grauitatem.

VI. Sed ter-
tius gra-
dus duos
alios vin-
cit.

Cæterum gradum alium nos docet Euangeli-
sta nequitiorem nempe, quod nedum agnoscant
accepta beneficia, nec illa solum rependant of-
fensas: sed et super & ipsis beneficijs vtantur ad
fecera grauiora; hoc est quando eo ipso, quo a-
lius tibi præstat beneficium illi tu noceas, & eo
ipso, quod tibi in manus tradidit, damnum in-
feras illi notabile. Si quis esset tantâ malitiâ per-
uerfus vt te donante illi centum aureos, quibus
tua consuleret egestati, eos ipsos emendo sclope-
to infunderet, quo tibi vitâ adimeret; & te donante
illi gladium, quo se contra inuadentem & homici-
dam defenderet, illum in te retorqueret, teque
transuersum confoderet: hæc est iniquitas maxi-
ma quæ hoc in genere committi potest: & hæc
est Pharisæorum & Principum: de quibus sic

Le 12. 6. *Job: Audacter prouocant Deum, cum ipse dederit
omnia in manus eorum, Populus hic est qui diui-
nam audacter iram prouocat, quandoquidem in
eum ipsi infurgat donis, & potestate sibi ab
eo tradita.*

VII. Videtur, quantum sapio, spectare facinus il-
lud Ioseph, quod si suo non contigerit tempore,
tamen aliquam eius potuit habuisse scientiam.
Præclara fuit illa Ioseph dominæ suæ propolita
ratio. Notat castissimus adolescens se a domina
sua vehementer ad stuprum prouocariamque vi-
aperta, & pallio apprehensum ad concupiscen-
tiæ suæ consensum permolestè prouocari: quo-
circa hæc illi respondit: *Ecce Dominus meus omni-
bus tibi traditis, ignorat quid habent in domo sua:
nec quidquam est, quod in mea non sit potestate. Ge-
n. 39* *quomodo ergo possum hoc malum facere?* Abstulit
michi Dominus peccandi eumque, offendendi possi-
bilitatem: cum omnia meis considerit manus,
ita vt mihi videatur impossibile tantam illi posse
importare ignominiam: & licet vellem, non
possem: voluntatem impedit potentia. Quo-
modo possum hoc malum facere? q. d. Domina, de
gravi redargues præsumptione, grandem
iram euerti carperent impudentiam, traditor

audirem perduellis, maximaque Dominum
meum offenderem iniquitate, si illa fiducia, qua
michi confidit, si illo honore ad quem me pro-
uexit immeritum, si beneficijs illis quibus me
præuenit indignum, abiret, & ea vt instrume-
tum iniuriæ assumerem, ad quam me tua prouo-
cat lasciuia: nec enim tam vils sum animi, vt
talem in eum committam proditionem: vt illo,
quo me dignatus est, eum ingratus offendam,
nec mihi furor eius tanta est prouocandus auda-
cia: nulla namque grauior potest iniquitas ma-
lumque cogitari: *Quomodo ergo possum hoc ma-
lum facere?* De illis igitur hoc dicit Iob, qui Dei
misericordias ac beneficia, quibus illos affatum
in bonis, auctoritate, dignitate, & honore cumu-
lat, iniurias Dei-secleraque conuertunt. Supre-
ma hæc esse dicitur impudentia: diuina iræ prouo-
catina: *Quis prouocari bonis ad meliora debue-
rant, peiores sunt* (inquit D. Gregorius hæc ver-
ba enucleans.) *Quinimo & illa est multorum
ingratorum proterua peccatorum, quæ ad tan-
tum ascendit temeritatis & impudentiæ gradum
vt ipsam donis sibi à Deo collatis, concessis &
liberaliter profusis, contra Deum arma moueant,
ex illis gladijs consent & exacuunt quos in ip-
sum retorqueant: atque in tantam labuntur pro-
ditionem, vt suis contra Deum donis pugnent: teste
D. Gregorio.*

Hoc est quod iniquissimè fetens Deus graui-
ter exponit: qui valde prudenter & neruose suas
nouit declarare iniurias, quando vocato ad se
Propheta Ezechiele, sic illi præcipit: *Fili hominis
notas fac Hierosalem abominaciones suas.* Hoc est
populi huius infortunium, quod suorum non ag-
noscat criminum acerbiteriam, non abominatio-
num suarum impudentiam: ipsas ei proponit, &
sub figura eiusdem mulieris illas exponit. Hæc
parua nascitur, paupericula omni destituta suffra-
gio, & subditi o, omni nuda protectione, tandem
a viro nobili eius misero suscipitur: vidit etenim
eam sanguine seu sordibus natiuitatis suæ con-
spurcatam: illam sibi assumit, mundari iubet,
& vestiri cultioribus, aliisque delicatis: iam nu-
bilem matrimonio sibi sociat, gemmis illam
exornat adeo pretiosis, vt similibus nunquam
ornata quæcumque sponsa processerit. Quid au-
tem illa? in tantum insolenter benefactorem
insurgit, mille illi molitur traditiones, eoque
peruenit: vt ipsas gemmas sibi à sponso suspen-
sas texendis illi impendat insidijs, illis se expo-
nat vt placeat amarijs suis easque illis tradat, vt
eos in sui amorem pellicias in tam notabile
sponsi sui detrimentum: *Et tulisti vasa decoris*

18. d.
Eze. 16. 2
VII.
Allegori-
cè hæc in-
gratitudo
confirma-
tur.

tu: de auro meo atque argento meo, quæ dedi, & fecisti tibi imagines. Ad litteram de synagoga loquitur: eo quod ex ipsâ divitijs auri, & argenti quibus eam Deus ditaverat, idola conflaverit in non modicum Dei contemptum; & pariter miseris carpit peccatores: et enim instrumenta & media pulchritudinis, quibus illos affatum cumulat, in bellica vertunt instrumenta quibus Deum oppugnant.

Tulisti vasa decoris tui. Te ipsum attentè consideret, & videbis quibus te Deus ditaverit, formosum reddiderit & opulentum. Tibi tradidit intellectum, ut Angelus videaris: oculos velut vigiles, qui duo videntur luminaria in globo capitis: linguam, qua tuos exprimas conceptus: manus, ut illis capias quicquid ad tui spectat cõservationem: bona largitus est & salutem: ad suam te traxit Ecclesiam, suo purificavit sanguine, culparum tibi remissionem obtulit, suis ditavit Sacramentis, domique cœlestibus: Attende num de siderare possis aliquid, quod non habeas. Quid autem tu? hæc ipsa Dei beneficia, facis instrumenta iniuriarum Dei. Ipsum intellectum contra eum retorques, mille contra proximum machinatus insidias, varias in pauperes fraudes confingens: oculos ea conspicias, quæ tibi Deus inhibuit appetere: linguam commoves ad perjurium, mendaciam, murmuraciones, detractiões: divitias consumis in luxurijs, impudicitijs, vindictis: salute corporis abutens, ad proclagam pernitentiam, & inerte in segnitie de peccato minime resurgendi: quid amplius? Ipsam Dei misericordiam tibi assumis ut illum gravius offendas: cum mille committas flagitia, in quibus superat luxuriaris, sub divina titulo misericordie.

VIII. Hanc Davidi Deus exprobat ingrati tudinem. 1. Reg. 12. 7. 8.

Hoc Deus eleganter Davidi proposuit: quando per Nathan illi rationes exposuit cur sic in eum commoveretur, ob commisitum ab ipso adulterium & homicidium: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ego vixi te in Regem super Israel, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum Domini tui &c. Quare ergo contempsisti verbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo? Viriam percussisti gladio, & uxorem illius accepisti. Perpende quæ feceris. Quis hoc credat? cum ego te Regem creaverim & Dominum, tibi que potestatem dederim exercitum & imperium, quod hæc in mei contorleris contemptum, & nominis ignominiam? Ut auctoritate vsus sis regia, qua in domum tuam alienam tibi raperes uxorem, & præciperes fidelissimum tibi militem ex loco certaminis constitui: ubi certò vitam sit

perditurus? Periniquè fert hoc Deus.

Mirabilis fuit ille Dominus in illi agendi modus quando surdo & muto linguam & aures. Cur: hinc restitutum. Narrat D. Marcus: adduxerunt filius in Domino surdum & mutum, & deprecabantur eum multum, ut impositis manibus suis illum stultum curare dignaretur. Ipsum Christus de turba secor- ingenue sum rapuit & immisit digitos suos in auriculas eius, & saliva sua linguam eius madefecit, deinde sibilatis in cœlum oculis, ingenuit: *Suspiciens in cœlum ingenuit*, atque illi: *Epheta* id est ad aperire. q. d. Aperiantur ad audiendum aures, & lingua ad loquendum & factum est ita. Quid hoc rei, Domine mi, cur hac in occasione sic grauter ingemiscis? An tibi quidquam est delectabilis, quàm hominibus benefacere? Optime dixit servus tuus Moyses: *Lacubatur Dominus benefaciens vobis*. An forte virum curas inuitus? Salus quam illi largiris, vel bona est vel mala cur illam impertis? Si bona, cur illam tribuens ingemiscis & suspiras? Plures à SS. Patribus audio proferri rationes: potissimum à D. Greg. sed eam non incongruam arbitror fore, si dicamus: quod Domino occurrebat, id quod in homine isto venturum esset, de quo suspicari possumus illud quod de multis illius populi, quibus sua contulit beneficia: cum enim ita sit, quod grande cõferret illi donum, dum linguam solue ut Deum laudaret, divina tractaret, & quæ illius sunt obsequij: *Ut in eius laudem eva laxentur*, inquit D. Greg. quod ramos vir hic hoc linguæ beneficium in Christum retorqueret, & eadem ipsa lingua cum reliquis vociferaretur: *Crucifige, crucifige eum*. Quæcirca, quamvis illi libenter linguam laxaret, in quantum hoc erat beneficium illi præstare: tamen ingemiscit, considerans quod ille ipse qui hoc esset accepturus donum, ipsum retorqueret sibi, assumeret, ut Christum persecueretur, illum bello lacederet, & mortem eius esset expecturus. Hæc est multorū in Christum iniquitas, & hæc Phariseorum est perversitas: propitius sit nobis Deus ne in illam protrahamur.

Deut. 28. 63.

Ho. 10. in Ezreb.

D. Greg.

§ 8. Miserunt Principes. Principes graviora committunt scelera: idcirco vidit illos Ezechiebiel in medio inferni.

Principibus hoc tantum scelus adscribitur quod Christum apprehendant. Et quam cet. D. Basil. tū erat ministros illis non defuturos. Notat Ho. 7. q. 14 D. Basil. quod gravissima crimina committuntur: Quia res auaros à maxime potentioribus committantur: Quia res auaros poter. Tom. 1.

K k k k 2